



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

15. Quando Legati Merodach ad Ezechiam venerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

Definitio
Angelo ad
ad verum
buenorum
equitum
am legem
quaesitum
cantes ver
cheritum
igam
ad fium
ur vallis
Angelos
Antiq.
e, & p
Ezechi
idem
in refut
disgrau
s est re
et impo
qui duc
ta oratu
punctum
am in
Nim
m m
zecia
punitu
ndo
apoc
provo
Senn
Hugo
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hōnde, non suas tantū sed aliorum etiam interpretationes, sine vlla refuta-
tione in medium afferre.

IV. REGVM XX. v. 12.

QVÆSTIO XV.

Quando legati Merodach ad Ezechiam ve-
nerint.

In tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum literas & munera ad Ezechiam, audierat enim quid agrotasset Ezechias. Eadem repetuntur morbum Isaiae 39. v. 1. additurque & conualuisse. Ex quibus clare perspicimus post sublatum Ezechias morbum & retroactam in horologio Achaz Solis umbram, hos nunquam solum advenisse: imo 2. Paralip. 32. vers. 31. hi dicuntur missi ad Ezechiam, ut interrogarent de portento, quod scilicet in Sole contigerat. Nec dubium est, quin Ezechias annis quindecim ante suum obitum hoc morbo affectus fuisset, nempe anno regni sui 14. occidente, aut oriente decimoquinto. Sed genitur hic quoto Ezechias anno obita fuerit ista legatio, quanto ante Christum.

2. S. Hieronymus Isaiae 39. sic scribit: supra legimus quartodecimo anno regni Ezechias ascendisse Sennacherib regem Assyriorum super omnes ciuitates Iudeas & cepisse eas, & postea obsedit Lachis, transisse Lobnam, mississe Ierusalem partem exercitus sui, cæsaque per Angelum centum octoginta quinque millia exercitus eius, & ipsum fugisse Niniuen, imperfectum à filiis in fano Dei sui, & regnasse pro eo Asaraddon filium eius, & agrotasse Ezechiam, & recepisse Prophetæ nuncio sospitatem, factum signum incredibile, ut Sol decem horarum ipsatijs reuertetur ad ortum suum, & penè duplex dies fieret. Nunc legimus, quod in tempore illo, hoc est, in eodem anno, quo hæc gestabunt omnia, miserit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis litteras & munera ad Ezechiam. Eadem verba aliquibus prætermisssis cum Glossa transferit Hugo hoc cap. lit. e. Quam temporis notationem non sic accipiendo arbitror, quasi hæc omnia quoad omnes suas partes viius anni curriculo tractata sint, sed quod ultima pars expeditionis Iudaicæ, morbus Ezechias & Legatio Babylonica annuo spatio contineri potuerint.

3. Tostatus probable putat, post fugam Sennacheribi hanc legationem in-
stantiam fuisse; probabilius tamen ante eam fugam: quia hanc in tertium annum à minacibus literis Sennacheribi rejicit. Non videtur autem tam
duo ista gratulatio de sospitate recuperata, & de viso portento inquisitio
urbanè differri posuisse. Hæc tamen ratio non est efficax; quamdiu enim

ilippi

mologia
testamenti

IV

Explaina-
tur.T. statio 3
pinio.

Iudæa bello infestabatur, iustum gratulationis differenda causam habens dæus, commodè autem cædes & discessus Assyriorum in annum regi potest. Fuga vero Babylonij nunciata, tum primum Metodius Oratores alegarit.

4. Petavius anno ante Christi Epocham 714. cladem Assyriorum Legationem Babyloniam consignat, Sethus hæc tribuit anno ante Epocham 717. & 716. Capillus vult Sennacheribum labente anno regiam 718. Iudæam invasisse, anno 717. trucidatos ab Angelo Assyriam ægritudine afflictum: anno demum 716. nuncios ad eum à Regione venisse.

*Varie opti-
nones aliae*

5. Torniellus & Salianus hanc legationem anno 16. Ezechia, p. 19. annos regni eius acheribi cladem referunt. Tum quia flagante bello Iudaico, non erant nunciorum & munerum ad Ezechiā missio: huius enim hostiū nacheribus, campoque, ut loquuntur, siue agro longe lateque circa potiebatur. Tum quia non apparet, quanam ratione Ezechiā ante 716. annos regni eius, tantosthesauros habere posuerit, quantosum, non ob mentis elatione legatis ostendisse Scriptura insinuat.

6. Ego ob hanc rationes legationem Babyloniam fugi Assyriam. Sicut in pono. Anno ante Christum 716. currente sabbatico, ordior annum decimum quartum, sed dubius, quo mensis annus iste 714. incepit. Iota ser. fluente Sennacheribus adversis initium Iudæum agrum valde cepit, potuit, ut anno sequenti, hoc est 715. ante Christum aufugeret, & sedis certe finem, aut sequentis initium legati Babylone Ierotholymam penetrare posset, arguere tem etate vel absoluta, vel adulta Sennacherib Iudeos aggressus est. non nisi 714. anno ante Christum, quo decimus sextus Ezechiā anno regni eius istam legationem obiri posuisse, ob res ab Assyriis, quæ in Iudea, quæ in patratas, & Babyloniam à Iudæa distantiam.

IV. REGVM. XXI. v. 1. & 19.

*Manasses. 1.
regnat annos 55.*

Dodecum annorum erat Manasses cùm regnare coepisset, & quinque annis regnauit in Ierusalem. Quod totidem verbis incalcatur. In vers. 1. Hos 55. annos Chronologicos esse mihi persuadeo, ut plerique vel disertè vel tacite docent, dum huic regi totidem annos incircumclusus, Eusebius, Sulpitius, Hilarion, Julianus, Fasti Siculi, Beda, Nonnus, Const. Ado, Vincentius, Marianus, Abulensis, Torniellus &c. Acc. Pauwel, sine ratione assertore annum viceustum nonum Ezechiā anno regni eius Manassis, & 55. huius, primum Amonis.

19. Viginii duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset: duobus quoque annis
regnauit in Ierusalem. Idem habetur 2. Paralip. 3. v. 21. Eundem annorum numerum ei attribuo, cum Iosepho, Clémente Alex. Africano, Sulpitio, Schafnaburgensi aliquis iam laudatis. Paludanus tamen dat ei annum & 6. menses. Eu-
dubius fatur quidem Amon secundum Hébræos biennium regnasse: ea ni-
huiusmodi 12. enumerat secundum interpretationem, ut ait; Septuaginta, quod
fuit Julianus & Nicephorus. Sed hi vitiosis exemplaribus vni sunt: Græca enim
exemplaria Sixti V. & alia duos tantum annos exprimunt, quam lectionem.
nam illorum, ut legitimam agnouerunt Fasti Siculi, Hilarion, Sulpitius, &c. Hinc
nonnullè Capellus ann. m. 335 4. carpit Lauretum, qui in tanta literarum luce,
ad eius omnium in quauis lingua sacrorum cōdicum fidem, contendit Amo-
nem annos esse comparando.

IV. REGVM. XXII. v. i.

O¹lio annorum erat Iosias, cum regnare cœpisset: triginta & uno anno regnauit in Ierusalem. Eadem leguntur 2. Paral. 34. v. i. Sulpitius tribuit eius regno annos 21. Eusebius & Julianus 32. Paludanus 31. & nouem menses. Numerum annorum monumentis consignatum omnino retinendum censeo, cum Francisco Suatio, & alijs authoribus cap. præcedenti, num. 1, laudaris.

2. Tradit Abulensis 4. Reg. 23. q. 21. Amonem 16. duntaxat annis filio suo Iosias regnum fuisse, nec id mirum videri; cum annus decimus quartus in malis cœnsatur esse pubertatis. Si cuiquam id minus placuerit, eum temeritatem argueret non ausum. Fieri enim potuit, ut Amon 22. annos natus regni gubernaculis admotus, annis aliquor cum parente regnaret: post obitum vero parentis, biennio solus principatum teneret: Sic facile ostendem filium imperij hædem telquerit.

IV. REGVM. XXIII. v. 31. & 36.

Viginii trium annorum erat Iosachaz: cum regnare cœpisset, & tribus mensibus re-
gnauit in Ierusalem. Idem habetur 2. Paral. 36. ver. 2. Sacro textui omnes
quotquame legere memini Scriptores, & ex presso vel tacite assentuntur.

36. Viginii quinque annorum erat Iosakim cum regnare cœpisset: & undecim annis re-
gnauit in Ierusalem. Eadem inculcantur 2. Paralip. 36. v. 5..

QVÆSTIO XVI.

De annis regni Joakim:

Iosakimi regnum 12. annis definit Chronicon Alexandrinum: undecim vel
duodecim Nicephorus Constan. undecim completis & aliquot mensibus

Capel-

loak m re-
gnat 11 an-
Chronolog.

8. 2. 3.

ilippi

inologia
testamenti

IV